Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26351
Copyright: Admont, Benediktinerstift



72

O militari tumultu xiiimo. imperii anno
et die. viiiuo. in mamam matrem suam unice
pius. INCIPIT LIBER .VIIII.

Post hunc maximinus ex corpore
militari primus ad imperium accessit so
la militum uoluntate. cum nulla senatus
intercessisset auctoritas neque ipse senator
esset. Is bello adversus germanos feliciter
gesto. cum a militibus imperator esset appel
latus. a puppieno aquileia occisus est. de
serentibus eum militibus suis cum filio adhuc
puero cum quo imperauerat trien
nio et paucis diebus. Postea tres si
mul augusti fuerunt. puppienus
balbinus. gordianus. duo superiores
obscurissimo genere. gordian
nobilis. quippe cuius pater senior
gordianus consensu militum cum
proconsulatum affricae gereret. ma
ximiano imperante princeps fu
isset electus. Itaque cum romam uenis
sent balbinus et puppienus in palatio

hic lib .viiii.